

## ARGUMENTUM

A STANLEIO CONSCRIPTUM.

ORESTES jussu Oraculi una cum Pylade Argos reversus, tumulum patris sui Agamemnonis invisit; ubi virginum cœtui Clytemnestræ famularum occurrit, quas illa somnio exterrita, consultis conjectoribus, ad placandos manes mariti cum inferiis miserat. His adjunxerat se soror ejus Electra; cui Orestes per varia indicia innotescit. Ab iis totam rem edoctus, regias ædes accedit, viatorem se fingens e Phocide Dauliensem, qui obiter mandata acceperat Orestis mortem parentibus ejus nunciandi. Ægisthum, hoc ut audiat lubenter egressum, derepente interficit; cujus clamore evocata Clytæmnestra, et pro vita sua apologia brevi usa, a filio suo interemta est. Hac patrata cæde, maternis furiis agitated Orestes Delphos profugit.

1. Argumentum Græce scriptum ex schedis Stanleianis protulit Butlerus. Sumsit autem Stanleius ex editione poetarum Græcorum Genev. 1614. Quum valde

sit ineleganter conscriptum, hic repetendum non duxi: id tantum moneo, pro ἔμπορόν τινα ἐκ Φωκέων Δαυλιέα τὴν κτῆσιν, legendum esse κλησιν.